

EXERCITATIO L.

*Iacobi Revii contra Corporis definitionem argutationes
refelluntur.*

1. **I**acobus Revius *Statera* pag. 73. & seq. sic scribit: *Pergo ad materiae Cartesianae essentiam, de qua ita loquitur Princ. p. 69. Planè profiteor, me nullam aliam rerum corporearum materiam agnoscere, quàm illam omnimodo divisibilem, figurabilem & mobilem, quam Geometrae QUANTITATEM vocant, & pro objecto suarum demonstrationum assumunt; ac nihil planè in ipsa considerare, præter istas divisiones, figuras & motus.*

2. *Dioptr. pag. 205. secundum meam (opinionem) tota illorum (corporum) essentia & natura, saltem inanimatorum, tantum in magnitudine, figura, situ & motibus partium consistit. Hæc postquam ex Cartesio attulisset Revius, suam censuram sequentibus verbis addit:*

3. *Qui Geometrae materiam pro objecto suarum demonstrationum assumant, vellem Cartesius nobis indicaret, nam hætenus eos à materia abstrahere creditum fuit.*

4. *Quòd si materia & omnium corporum essentia*

sentia